

5. Facilima origo, quam proposuit in libro Sohar R. Jose: *Quare nominatur Teraphim?* תַּרְפִּימַי בְּבִינַי בְּנֵי אֵי i. e. propter *R. Jose.* ignominiam, Quibus innuit verbis, dici תַּרְפִּימַי אֵת תּוֹרְפָה vel תּוֹרְפָה quod *turpitudinem s. ignominiam significat.* Ita etiam תַּנְחוּמָא vel ילמרנו id est, Commentarius vagus in Pentateuchū sat celebris: למה נקראו תרפומ: לפי: i. e. *Quare vocantur Teraphim? propterea quod sunt opus turpitudinis, & opus fœditatis.*

6. Hæc tamen ratio Judæis magis, quàm Labano, & similibus Teraphim cultoribus, placere potuisset: qui, eam potiùs ob causam, hoc nomine insignivissent; quòd turpitudinem, fœditatem & ignominiam, quasi Δαίμων ἀλεξίκακός καὶ ἀποπομπαῖς, amolirentur.

7. Nec absurdè etiam diceretur; תַּרְפִּימַי אֵת תּוֹרְפָה in Hiphil. הִתְרַיַף i. e. *vermiculari, vermiculosum fieri, descendere;* ut vox ista in genere significet, *opus adfabrè efformatum, vermiculatum, ornamentis, quasi vermiculis aut tesserulis, variatum & distinctum;* & porro simulacra, imaginem: quod placuit etiam S. Hieronymo, qui: תַּרְפִּימַי proprie appellantur μορφώματα i. e. *figura & simi.* mulacra. Notis in cap. III. Oseæ. ita tamen, ut significatio hæc generalior, pro circumstantiarum varietate, postmodò ad specialiores contrahatur. Sed de intricat. Etymo satis.

## II.

1. Quid I. Per Teraphim in commate nostro 19. intelligatur, nō est usq; adeò difficile, interpretari: cum ipse Labanus inferiùs v. 30. dicat: למה גנבת את אלהי i. e. *quare furatus es Deos meos?* Vnde adparet; fuisse ipsi propemodum loco Penatium: non quidem quod ipsas, *Teraphim, idola fuerunt.*